



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Salvator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

GEORGIUS *Marinus Widman*, rex. an. 15. ob. an. M. DC. X.

IACOBVS *Algeier*, eod. an. el. resiga. an. M. DC. XV.

IOANNES *Agricola* huius nominis III. modernus Abbas, ex Priore *Schiren*.
an. 1615. 2. Nouembr.

SALVATOR.

Monasterium Ord. Præmonstratensium, Bernhardus, & Fridericus, Berengarij, vulgariter *die Peringer* dicti, Monasterium hoc S. Saluatoris condunt, D. Nortperti sacris iactant, Monachos ex Osterhouen accersunt, Bernhardus de Prampach Episcopus Patauiensis fit autor & dedicat, Auent. fol. 726. Habuit hoc Monasterium olim populares seu seculares Presbyteros & conuersos ex Nobilitate, nullius alterius ordinis aut professionis. Monachi Osterhouenses renunciârunt huic Monasterio erga fratres per Laudum & transactionem, cum confirmatione prædicti Bernardi Episcopi Patauiensis, An. 1299. Extant diplomata in Osterhouen, postea receperunt ordinem Præmonstratensium, & rursus se Monasterio Osterhouensi subiecerunt, cui etiam vniti, aut, vt vocant, incorporati sunt, Anno 1309. secundum diplomata ibi in Osterhouen.

ADDITIONES.

Nouerint vniuersi præsentis paginæ inspectores, quod DEO deuoti fratres¹⁶¹⁵ *Wernhardus & Fridericus* Conuersi, proprietatem prædioli dicti ad *Saluatorem* multo tempore delolari, apud Conuentum Ecclesiæ *Osterhouensis* in augmentum seruitutis DEI emptione rationabili comparauerunt, cupientes id ipsum prædium incultum colere, & in laudem DEI pro viribus ampliare. Idem vero tractatus processum habuisse dinoscitur, hac conditione subscripta nihilominus præeunte. Quod prænominati Fratres Conuersi, & si qui eiusdem conuersationis fratres spirituales eorundem fuerint successores, tenentur inibi omnipotenti DEO famulari & providere pro viribus, vt ibidem diuina officia peragantur. In cuius tractatus euidentiam prædictis Dominis¹⁶¹⁵ *Osterhouensis* Ecclesiæ fratres loci memorati, pro censu mediam librato *Patauien*, monetæ annis singulis ministrabunt. Si verò prædictum locum per mortem fratrum, aut per absentiam, vel qualicumque casu contingeret desolari, imò si præmissa conditio per fratres in aliquo rumpetur, ex tunc proprietates boni prædicti, vt compromissum est, ad Ecclesiam *Osterhouensem* liberè reuertatur. Nos igitur *Albertus* Comes de *Halse* affectantes cultum & seruitia Dei, quantum nobis datum fuit desuper promouere, & prosequentes locum & tractatum huiusmodi fauore & desiderio spiritali, ad petitionem fratrum qui auctores huius sunt, iuri aduocatiæ, quod nobis in loco prædicto competere videbatur, sub præmissis conditionibus omnibus & singulis renunciamus liberè & præcise. Et si qualicumque modo vel casu aliquid in præmissis conditionibus nobis laudatis mutatum, cassatum, vel violatum fuerit, ex tunc sicut & ipsa proprietates ad Ecclesiam reuertitur *Osterhouensem*; sic & aduocatiæ prædicta ad nos seu hæredes nostros liberè reuertatur. Et vt præmissa omnia per nos & hæredes nostros rata & inuiolata conseruentur, decreuimus præsentem literam in testimonium super eo nostri munimine roborare, cum testibus subnotatis qui sunt; Dn, *Fridericus* de

Eglof-

Egloshaim. Dn. Gothfridus de Hausen, Dn. Eberhardus & Dn. Otto fratres de Aesenheim, & Ramungus scriba. Actum anno Dn. 1289. in Epiphania Domini apud Castrum nostrum Haidenburkb.

Wernberus Dei gratia Ecclesie Patavien. Episcopus, fratribus & sororibus degentibus in Cella S. Saluatoris, in vero saluatore salutem. Vt in magna domo DEI, in qua mansiones multae sunt, in qua alius sic, alius sic per vitae diuersitatem ambulat, ambuletis cum consensu in solitudine eremitica, in qua elegistis incedere relegatis pompis saecularibus, praedulcedine DEI & decore Domus eius Domino iugiter seruituri. Mitimus humilitati vestrae sub nostro sigillo, sub certis titulis modum viuendi, stilum conuersandi ex sancti Augustini Regulari rationabiliter informatum, in quo veluti in speculo considerationis prauos mores cognoscere, cognitos abstergere, vitamque vestram virtutum meritis auctore Deo possitis adornare, quatenus decursis diebus tantum penitentiae deputatis, in perennibus gaudiis debeatis sanctis patribus feliciter sociari. Sanè vteò securius diuinis intendatis obsequiis (quo tutiori munimine perfruitur status vester) ecce in nostram vos protectionem recipimus, & gratiam specialem: Decernentes vos gaudere communitate Ecclesiastica velut filios & filias religiosos. Sed ne reputemini acephali, volumus vt vnum de venerabilibus Ecclesiae nostrae Canonicis vobis debeatis eligere, qui auctoritate nostra statum vestrum, iura vestra manuteneat & defendat, censura Ecclesiastica mediante, cui nos fauorabiliter aderimus auxilio, consilio & fauore in eisdem salubriter gubernandis. In quorum testimonium praesentes dedimus literas nostri sigillo munitas. Datae Patavij Anno Domini M. CCC. tertio Cal. Augusti.

Paulus Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto filio Abbati Monasterij in *Aspach Patavien. Diacesis Salutem & apostolicam benedictionem. Pastoralis officij debitum quo Ecclesiarum & Monasteriorum omnium regimini disponente Domino praesidemus, nos excitat & inducit, vt eorum ac personarum religiosarum in illis altissimo famulantium oportunitatibus, quantum cum Deo possumus, salubriter provideam⁹, pro vt causae rationabiles suadent, id in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum *Georgij Abbatis & Conuentus Monasterij S. Saluatoris ad S. Saluatorem Praemonstratensis Ordinis, Patavienensis Diacesis* nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum bonae memoriae *Leonardus Episcopus Patav.* provide considerans quod praedictum Monasterium tunc per Praepositum gubernari solitum paucis redditibus atque prouentibus pro sustentatione Praepositi pro tempore existentis ac Conuentus eiusdem Monasterij altissimo famulantium dotatum extiterat, ad instantiam tunc Praepositi & Conuentus praedictorum expresso consensu dilectorum filiorum Praepositi, Decani & Capituli Ecclesiae *Patavien.* accedente, parochialem Ecclesiam *S. Andreae in Vtlarv* dictae diacesis, cuius collatio ad Episcopum *Pataviensem* pro tempore existentem pertinebat, cum filiabus Ecclesiarum & Capellis ac omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem Monasterio pleno jure donauit, & assignauit, ipsamque Parochialem Ecclesiam praedicto monasterio in perpetuum vniuit, annexuit, & incorporauit, ita quod cedente vel decedente tunc illius Rectore, vel ipsam parochialem Ecclesiam alias quomodolibet dimittente, liceret Praeposito & Conuentui praefatis per se vel alium seu alios illorum nominibus corporalem Parochialis Ecclesiae iuriamque & pertinentiarum praedictorum possessionem auctoritate propria liberè*

liberè apprehendere & vsibus suis suorumq; successorum perpetuo applicare, ipsamq; Parochialem Ecclesiam per vnum ex Canonicis Monasterij & Ordinis prædictorum, aut alium presbyterum idoneum etiam secularem ad nutum tamen & voluntatem Præpositi monasterij & Conuentus pro tempore existentium amouibilem, qui curam animarum ab ipso Episcopo & successoribus suis, quoties opus esset, recipere teneretur, in spiritualibus & tēporalibus regere & gubernare. Ita tamen quod diuinus cultus hæcenus inibi conseruari consuetus laudabiliter perageretur, & nullatenus diminueretur, ipsique presbytero pro tempore sufficiens de fructibus prædictæ Parochialis Ecclesiæ portio, vnde possit Episcopalia jura soluere, synodum visitare, aliaque incumbencia onera supportare, assignaretur, prout in literis dicti Episcopi suo ac Capituli prædictorum sigillis munitis dicitur plenius contineri. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat, licet vnio, annexio & incorporatio huiusmodi suum sortitæ fuerint effectum, ac tunc Præpositus & Conuentus prædicti possessionem eiusdem Parochialis Ecclesiæ apprehenderint, eamq; cum suis filiabus & Capellis & ipsarum regimen animarum per plures Canonicos eiusdem Monasterij siue presbyteros seculares juxta tenorem literarum dicti Episcopi ad eorum nutum amouibiles regi & gubernari, & in diuinis laudabiliter deseruii faciunt de præsententi, nihilominus pro potioris cautelæ suffragio cupiunt vnionem, annexionem & incorporationem huiusmodi apostolica auctoritate confirmari, vel illas de nouo fieri. Quare pro parte Abbatis & Conuentus prædictorum assentientium quod Monasterij viginti Marcharum argenti, & parochialis Ecclesiæ cum filiabus & Capellis suis viginti quatuor librarum denariorum vsualis monetæ in partibus illis currentis, quæ viginti quatuor florenos Rhenenos constituunt, fructus, redditus & prouentus secundum communem existimationem, valorem annum non excedunt, nobis fuit humiliter supplicatum, vt collationi, vnioni, annexioni & incorporationi præmissis pro illarum subsistentia firmiori robur apostolicæ confirmationis adiicere, vel ipsam Parochialem Ecclesiam cum eisdem filiabus & Capellis huiusmodi dicto monasterio de nouo in perpetuum vnire, aliasq; in præmissis oportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaq; de præmissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis quorum interest de præmissis omnibus & singulis ac eorum circumstantiis vniversis auctoritate nostra te diligenter informes, & si per eandem informationem ita esse repereris, parochialem Ecclesiam prædictam cum filiabus & Capellis ac omnibus juribus & pertinentiis supradictis eidem monasterio præfata auctoritate nostra in perpetuum de nouo incorpores, vnias, & annectas. Ita quod liceat ex tunc ipsis, Abbati & Conuentui per se vel alium seu alios corporalem Parochialis Ecclesiæ & filiarum ac Capellarum iuriumque & pertinentiarum prædictorum possessionem propria auctoritate apprehendere, & perpetuò retinere, illiusque fructus, redditus & prouentus huiusmodi in suos ac prædicti monasterij vsus utilitatemque conuertere, ipsamque Parochialem Ecclesiam per vnum ex Canonicis dicti Monasterij, aut alium presbyterum idoneum & secularem ad eorum nutum ponendum & amouendum, qui curam animarum ab Episcopo *Patauiensi* pro tempore existente recipiat, quoties opus fuerit recipere teneatur, in eisdem spiritualibus & temporalibus regi & gubernari facere, cui congrua portio super fructibus, redditibus & prouentibus dictæ Ecclesiæ Parochialis, ex qua possit Episcopalia jura soluere, aliaque sibi incumbencia onera perferre valeat, Diæcesani loci & cuiuscunq; alterius super hoc licentia minime requisita.

Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscunque, aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales Apostolicæ sedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem literas & processus habitos per eandem, ac quæcunque inde secuta ad præfatam parochialem Ecclesiam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad affectationem beneficiorum aliorum præiudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, indulciis & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorem existant, per quæ præsentibus non expressæ vel totaliter non insertæ effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem quod propter unionem, annexionem, & incorporationem huiusmodi, si illæ vigore præsentium fiant & effectum sortiantur, parochialis Ecclesia prædicta debitis non fraudetur obsequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur, sed illius ac filiarum Ecclesiarum & Capellarum prædictarum congruè supportentur onera consueta, quodque Abbas & Conuentus prædicti ab alienatione quorumcunque bonorum immobilium, & prætorum mobilium parochialis Ecclesiæ ac filiarum & Capellarum huiusmodi penitus se abstineant, alioquin pœnas in quadam nostra super hoc edita constitutione contentas eo ipso incurrant. Et insuper ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Datum *Romæ* apud *S. Marcum*, Anno incarnationis Dominicæ M. CCCC. LXX. Idibus Octobris, Pontificatus nostri anno VII.

Leonardvs Dei & apostolicæ sedis gratia Episcopus *Patauien.* ad perpetuam rei memoriam. Ex iniuncto nobis pastoralis officio illa imminens vigilantior atque propensior cura esse videtur, per quam sacras Dei aedes pro incremento diuini cultus ipsorumque salubritate, quantum in Domino possumus, promouere satagamus, eas tamen præcipuè, quarum membra diuinis mancipata obsequiis optimam cum *Maria* partem eligentes in castimonia & humilitate spiritus, ac sub obedientia regularis obseruantia mundo mortuofili Christo viuentes contemplatiuorum actuum exercitio non desinunt insudare. Cum itaque inter cæteras nostræ mentis curas per uigiles solerti studio perpenderit, Monasterium quod in honore Dñi nostri Iesu Christi sub titulo *S. Saluatoris* constructum atq; dedicatum esse dignoscitur paucis redditibus atq; fructibus pro sustentatione fratrum ipsi Dño atq; Saluatori nostro iugiter famulatum dotatum existat, nos ipsius cultum ampliari cupientes, quæ in suis sanctis laudare iubemur, humilib. quoq; honorabilis ac dilectorum nobis in Christo Prepositi atq; fratrum plibati canobij petitionib. inclinati, de expresso consensu Venerabilium fratrum nostrorum Prepositi, Decani cæterorumq; Canonorum & Capituli Ecclesiæ *Patauien.* Ecclesiæ parochialæ *S. Andrea* in *Vitlaru* dicte nostræ Diocesis, cuius collatio, prouisio, seu quis alia dispositio ad nos & Episcopum *Patauien.* pro tempore spectat & pertinet, cum omnibus fructibus, redditibus, proventus, juribus, pertinentiis & obuentiombus vniuersis, prælibatis Preposito & fratribus, Conuentui, nec non Monasterio *S. Saluatoris* supra dicto, pleno jure tenore præsentium conferendam duximus atq; conferimus, donamus, tradimus & assignamus, ipsamque prædicto monasterio in perpetuum vniuimus, anneximus, & incor.

incorporauimus, ac tenore presentium vnimus, annectimus & incorporamus, ita quod cedente vel decedente Ioanne Immerte correctore eiusdem Ecclesie, qui nunc est, vel ipsam alias quomodolibet dimittere, licet Præposito & fratribus præfatis per se, vel alium seu alios eorum nominibus corporalem & realem eiusdem Ecclesie cum iuribus & pertinentiis suis possessionem auctoritate propria liberè apprehendere, & vñsibus suis suorumq; successorum perpetuò applicare, cuiuscunq; sup hoc licentia minimè requisita, ipsamq; per vnū de fratribus præfatis monasterij & Ordinis, aut aliū presbyterum idoneū & secularè, ad nutum tamè & voluntatē præfatorum Præpositi atq; fratrum pro tēpore existentium remouibilem, qui curam animarum à nobis & successorib. nostris quotiens opus erit, recipere teneantur, in spiritualibus & temporalibus regere & gubernare, ita tamen quod diuinus cultus hæcenus inibi obseruari conuetus laudabiliter pagatur, & nullatenus diminuat, ad q. ipsi regenti pro tempore sufficiens de fructib. ipsius Ecclesie portio assignetur, vnde possit piscopalia iura soluere, synodum nostram visitare, aliaq; incumbencia onera supportare. In quorū omnium & singulorū fide & euidentis testimoniū præmissorum, ac robur ppetuum, presentes nostras literas fieri, & sigillorū nostri, & venerabilis Capituli Ecclesie nostræ prædicte fecimus appensionib. cōmuniri. Datum & actum in Castro nostro S. Georgij supra Patau, die 11. men. Decem. An. Dn. M. CCCC. tricesimo septimo.

Paulus Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conuentui monasterij S. Saluat. de S. Saluatore, Præmonstrat. ordinis, Patau Diocæs. Salutē & Apostolicā benedictionē. Cum à nobis petitur q. iustū est & honestū, tā vigo. æquitatis, q. ordo exigit rationis id p sollicitudinē officij nostri ad debitū pducatur effectū. Eapropter dilecti in Dño filij, vestris iustis postulationib. grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à prædecessorib. nostris Roman. Pontificib. siue p privilegia vel alia indulta vobis & monast. vestro cōcessas, nec nō libertates & exēptiones seculariū exactiōnū, à Regibus & Principib. aut aliis Christi fidelib. vobis & eidē monasterio rationabiliter indulgas, specialiter autē Decimas, Primitias, vineas, hortos, hortalia, cāpos, prata, piscarias, lac. sylvas, census, fructus, redditus, prouent. terras ac alia mobilia & imobilia bona, ad dictam monasteriū legitime spectantia, ac parochialem Ecclesiā in *Vitlavu* cum S. Martini in *Horembach* & B. Maria in *Wolffakirchen* illius filiar. Ecclesias, ac S. Georgij in *Stainhorebach*, & S. Stephani in *Perckheim* Capellas Patau, Diocæs. quas cum omnib. iurib. & p̄tinentiis suis eidē monasterio Canonice vnitas & incorporatas fore asseritis, sicut ea omnia iustè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidē monasterio auctoritate Apostolica confirmamus, & p̄sentis scripti patrociniō cōmunimus, salua in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostræ confirmationis & cōmunitōnis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attemptare p̄sumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ 1480. Quarto Calend. Decembr. Pontificatus nostri anno 7.

B. de Maffeis.
Bondettus.

M. de Maderan.

IOANNES Decretorum Doctor, permissione diuina humilis Abbas Ecclesie Grandis vallis, Præmonstraten. Ordinis, Carnotensis Diocæs. à R. mo in Christo Patre ac Domino Dn. Ioanne eadem gratia Abbate Præmonstraten. & Coabbatum eiusdem Ordinis Capitulo generali in Regnis Circariis & partib. *Vngariae, Poloniae, Bœmiæ, Austriae, Sueniæ, Bauariæ, Sclauia, Saxonie* &c. Visitator generalis & cō-

Metrop. Salub. Tom. III.

aa 2

miss-

missarius vnicus in potestatis plenitudine deputatus, Religioso & commendabili viro Dn. *Petro* Præposito Monasterij S. *Saluatoris* dicti *Præmonstratensis* Ordinis *Patauien.* Diæcesis Salutem gaudiosam & sinceræ dilectionis affectum. Religionis Zelus, honestæ conuersationis fauor, status & regiminis decor, aliaque probitatis & virtutū merita, quib. fide dignorū relationib. apud nos cōmendat^o estis, merito nos inducunt, vt vos ac monasteriū vestrū fauorib⁹ prosequentes, in exhibendis honoribus reddamur & gratis liberales. Sanè nuper visitationis nostræ cursum istis in partibus exercentes, ad nostrā vnde gaudemus peruenit notitiā, q. per vestræ circumsp̄ctionis industriā, & conuersationis honestæ cōmendationem, vterq; Status Monasterij vestri spiritualis & tēporalis laudabiliter accreuit, & Dei gratia vobis suffragante, venerabiliumq; Prælatorū & generosorum nobilium in vestra vicinia constitutorum fauore auxiliante magis ac magis visibiliter accrescet, numerum p̄sonarum & cuncta ad cultum diuinum condecencia dietim peragendo sollicitè augmentando. Quare vestram p̄sonam successoresq; vestros & ipsum vestrum monasterium glorioso titulo S. *Saluatoris* insignitum prærogatiua & honore specialibus prosequi cupientes, vt toties⁹ quoties gratum & vobis libitum fuerit, iuxta formam & tenorem Priuilegij Dñi *Eugenij* Papæ III. toti Ordini nostro dudum fauorabiliter concessi atque laudabilem nostri Ordinis hætenus approbatam consuetudinem ad R. P. Dn. Episcopum *Patauiensem*, vestri & nostri Ordinis vt intelleximus propitium zelatorem, liberum habere recursum possitis, qui vobis ac successoribus vestris munus benedictionis in Abbatem & alia insignia Abbatialia conferre valeat auctoritate præfatorum Domini *Præmonstratensis* aliorumq; coabbatum superiorum nostrorum quā fungimur plenariā vobis ac posteris vestris spiritalem imperimur licentiā & plenam facultatem concedimus, sub harum testimonio literarum. In cuius rei fidem robur & testimonium nostrum sigillum abbatiale duximus præsentibus appendendum. Datum in Monasterio *Osterhouensi* nostri Ordinis, Anno Dn. 1441. in profesto Exaltationis S. *Crucis*.

Ioannes de Hannonia m. p.

*Subiectio
S. Saluatoris
Ecclesie
Osterhouensis.*

Vniuersis præsentibus literas inspecturis. ADAM Dei patientia *Præmonstraten*, Abbas, & Abbatum eiusdem Ordinis Capitulum, salutem in. Domino sempiternam. Noueritis quod nos attendentes feruorem deuotionis Fratrum Sancti *Saluatoris* in *Bauaria Patauien.* Diæcesis, qui nostro ordini vniri cupiunt, & Ecclesie *Osterhouen.* tanquam filij subiici & supponi & eidem incorporari, secundum nostri ordinis priuilegia & statuta, preces ipsorum duximus admittendas, ipsos in nostro ordine iuxta eadem Priuilegia & statuta perpetuo annectentes. Fratrem vero *Hainricum* Canonicum *Osterhouen.* statuimus & ordinauimus dictæ Ecclesie Sancti *Saluatoris* Præpositum & Prælatum, & eundem confirmamus, qui nobis in pleno Generali Capitulo fecit obedientiam manualementem. Nos autem jus paternitatis dictæ Ecclesie Sancti *Saluatoris Osterhouen.* Ecclesie in perpetuum assignamus. Datum *Præmonstrati*, Anno Domini Millesimo CCC. Nono. Sedente nostro Capitulo Generali.

Nos *Wernherus* & *Hainricus* permissione diuina Ecclesiarum *Wiltinensis* & *Madelbergensis* Prælati: Visitatores annui per *Sueniam*, & *Bavariam*, à Domino *Præmonstratensi* & generali Capitulo eiusdem ordinis constituti. Nec non & *Ditericus* Abbas Ecclesie *Winbergen.* eiusdem ordinis, tenore præsentium pro-

protestamur & scire volumus vniuersos presentem literam inspecturos, quod nos Fratres, videlicet *Vlricum Rudolphum* totum Collegium Sancti *Saluatoris* qui quidem locus iure proprietatis Ecclesiam in *Osterhouen* respexit ab antiquo cum omnibus suis pertinentiis à Venerabili Abbate prædictæ Ecclesie in *Osterhouen* ad obedientiam manualem & regulam Sancti *Augustini* & Constitutiones *Præmonstratensis* ordinis recipi fecimus, ordinando quod prædicti Fratres Sancti *Saluatoris* ipsi Abbati *Osterhouensi* & suis successoribus in perpetuum subsint, tanquam Patri Abbati & ipsi sic obediant, secundum quod in statutis nostris de Ecclesiis quæ se inuicem genuerunt, & de iure paternitatis ad filiam, & filialis Ecclesie ad Patrem Abbatem lucidius est expressum. Ipsi vero Fratres ad hoc suis precibus inclinarunt, quod etiam voluntarij & publicè protestantur. In quorum omnia cautelam & robur euidens, præsens scriptum tam nos quam ipsi nostrorum, sigillorum munimine duximus roborari, ne facti veritas aliqua caligine valeat obfucari. Datum & actum Anno Domini M. CCC. IX. Dominica qua cantatur *Vocem iocunditatis*, hoc est III. Nonas Maij.

REuerendis in Christo Dominis, Domino *Wernhardo* venerabili Episcopo, *G. Præposito*, *Wol.* Decano totique Capitulo Ecclesie *Patauen.* Frater *Vlricus* totumq; Collegium Sancti *Saluatoris* orationes in Domino, & quidquid possint obedientie, reuerentie & honoris. Sicut voluntas beneplacens Dei principium rerum est omnium & origo, ita voluntas propria in homine initium est omnis mali, & vite destructio quoad Deum. Proinde reuerentie vestre innotescimus per presentes quod communi præhabito tractatu, de consilio omnium nostrum, voluntati propriæ renunciauimus, nos & locum nostrum subiiciendo ordini *Præmonstratensi* assumentes Ecclesiam in *Osterhouen.* & Abbatem eiusdem loci, pro Patre domus, ut nos regat secundum regulam Beati *Augustini*, & continuationes seu consuetudines Ordinis supradicti. Quapropter paternitatis vestre reuerentiam prostrati humiliter petimus & deuote, quatenus huiusmodi nostrum factum, quo conditionem in statum duximus meliorem, ratum & gratum habere dignemini propter Deum. Præsertim cum primo ad recipiendam Beati *Augustini* regulam astricti simus iuramento proprio, & nihilominus in proprio eiusdem Ecclesie fundo resideamus, hætenus magnam passi verecundiam pro eo, quod fratres nullius certi ordinis dicebatur. Scientes quod nos & nostra exponeremus laboribus & expensis, antequam à cepto nostro salubri proposito caderemus, cum hæc omnia & voluntatis vestre gratia processerint, & vt confidimus maiori gratia effectui demandentur.

Lucem præferunt superioribus literæ *Wernhardi* Episcopi *Patauen.* quas eam ob causam hic inferere volumus.

NOS *Wernhardus* Dei gratia Ecclesie *Patauen.* Episcopus presentium tenore confitemur, quod cum in Ven. virum Dominum *Vlricum* in *Osterhouen* & Conuentum suum ex parte vna, & discretum virum *Heinricum* Plebanum de *Stainch.* & *Pernoldum*, *Vlricum*, *Chunradum*, *Gotfridum* fratres de Sancto *Saluatore* ex parte altera super oratorio Sancti *Saluatoris*, & super duabus Hubis circa ipsum Oratorium situatis, quas *Osterhouensis* Ecclesia dicebatur ex legatione nobilis Viri *Wergandi* de *Rumpling* proprietatis titulo possedisse temporibus antiquis, his & quæstio verteretur, partes prædictæ aduertentes prudenter, quod seruos Dei non oporteat adinuicem litigare, super præmissis litibus &

causis sese arbitrio Venerabilis viri Domini *Tymonis* abbatis de Cella *Principum* electi à parte Abbatis de *Osterhouen*, & discreti viri Dñi *Heinrici* de *Preming* plebani de Sancto *Stephano* electi, pro parte altera concorditer submiserunt, promittentes se fide data ratum habituros, si quid per prædictos arbitros super omnibus præmissis contigerit arbitrari, Arbitri vero præmissi causarum meritis diligentius indagatis arbitrati sunt, quod Abbas de *Osterhouen* pro deuotione & religione quæ sperabantur in augmentum diuini cultus in loco Sancti *Saluatoris* posse proficere in futurum, propter Domini & nostri reuerentiam, qui prædictum locum paterno zelabamur affectu, & ob amorem Capituli nostri a factorem nobilium vicinorum, cedere pro se & Conuentu suo debere omni iuri, quod sibi in prædicto oratorio competuit, vel competere videbatur, arbitrando etiam pronunciauerunt de duabus Hubis supra dictis, quod fratres prædicti, licet nullius certe religionis professi, & conuocati Conuersi, ac eorum successores habitum eorum videlicet deferentes, ipsas Hubas debeant tenere, & Monasterio *Osterhouen* annis singulis XII. solidos Patauien. in vigilia Sancti *Martini* ministrare. In quo termino si prædictum censum dare neglexerint, & per quatuordecim dies postea non soluerint continue subsequentes, ex tunc soluent pro emenda den. LX. quam emendam cum censu prædicto, si dare infra dies iterato XIV. subsequentes neglexerint, dabunt deno LX. denar. pro emenda, quæ emenda cum censu prædicto faciunt duas libras Patauien. quas si infra quatuor septimanas à festo Sancti *Martini* computatas, fratres non soluerint memorati, ex tunc prædictæ duæ Hube, cum omni integritate juris sui ad Ecclesiam *Osterhouen* libere deuoluentur. Simili quoque iure se prædictæ Hube ad Ecclesiam *Osterhouen* reuertentur, si prædicti fratres & successores eorum in loco Sancti *Saluatoris* deserint habitare, aut si ibi habitantes professionem aliam duxerint assumendam. Decernentes nihilominus arbitrando, quod reliqua empta, vel emenda unâ cum Oratorio Sancti *Saluatoris* ad Parochialem Ecclesiam in *Steinbirchen* libere reuertantur in hoc casu, si fratres prædicti ex quacunque causa ipsum Oratorium contingant deserere & recedere ab eodem. Quod quidem arbitrium ad instantiam partium ipsum completentium & recipientium gratanter auctoritate ordinaria confirmamus in hiis scriptis, prædictis fratribus concedentes de gratia speciali, vt sibi de societate sua & habitu, vel alium penitus secularem eligant sacerdotem, qui eis provideat in diuinis. In cuius rei testimonium præsentis datums literas nostras & prædictorum arbitratorum, nec non partium sigillorum appensione munitas. Datum & actum *Patauia*, Anno Domini 1209. in Dominica septuagesimæ quæ cantatur, *Circumdede runt me.*

Wir Heinrich vnnnd wir Ort brüeder / Pfalzgrauen ze Rhein vnnnd Herzogm ze Bayren / Enebieten vnsern Vnerthanen Richter ze Ortespach vnnnd allen andern vnsern Edlen Leuten vnnnd Ambtleuten vnser Huld vnnnd alles guet. Ir sollt wizzen / das wir die Ersamen vnnnd geistlichen Herren vnnnd Brüder das der Newenstift von S. Saluator des Ordens zu Præmonstrat / durch ihr reines leben vnnnd angenemmen Dienst den sie täglich vnnnd mit fleiß GOTT thuent / ihm ze Lob vnnnd ze Ehn / vnnnd vnsern lieben Vatern / vnnnd vnserm Vatter / den GOTT genad / zehülff vnnnd zetrost / die auch dieselben Herren ihr Leuth vnnnd ihr guet in ihr genaden vnnnd ihr scherme gehabt haben / vns an vnnnd nach der vorgeanntes vnsero Vatters vnnnd Vatters wegen desselben Newenstift mit samdt den Herren vnnnd ihr Leuten vnnnd gut wa sie die habend vnnnd gesezzen sind in vnsern besondern scherme genommen haben / vnnnd genad / vnnnd nemen mit diesem Brieff / wann wir ihnen

ihnen vnd allen andern Geistlichen Leuten / fürderung / guden / vnd scherme
schuldig seyn / vnd sie vns herwider iren pecc / dauon wollen wir vnd gebieten
ew bey vnsern hulden / das ihr ew sie wol lazzet empfohlen seyn an allen ihr Sachen /
die sie an inoch bringet / vnd in lheim laydt thut / noch gekottet in vnserm Namen /
vnd durch vnser Gebott / das ihn niemande lheim layt noch Gewalt thut / an ihn sel-
ben / an ihr Leuten / vnd an ihr Gut / da eskället ihr vnsern willen vnd Gebott
genzlich an / vnd wizzet fürwar / swer sie fardert vnd scherme / der ehret vns / vnd
ihn laydt vnd gewalt thut / der beschweret vns / der Brieff ist geben zu Landshut Mil-
lesimo Trecentesimo XV. an dem nechsten Freytag nach Sant Bartholomaeus
Tag.

Wir Ludwig von GOTTES Gnaden / Römischer Kayser / zu allen zeiten
mehrer des Reiches / Bekennen öffentlich mit diesem Brieff / das wir durch
GOTT / zu vorderst vnser / vnd vnserer Vordern Seele ze hülf vnd ze
trost / vnd auch allen vnsern Nachkommen ze einem ewigen Seelgeret / der Geistli-
chen Mannen / dem Probst vnd dem Conuent gemainlichen ze Sant Saluator.
das in dem Steinchart gelegen ist / vnsern lieben Diemütigen die gnad gethan haben /
das wir nicht wollen das dhain ihr Leute die hinder ihn / vff ihren Gutes jeko sezzet
sint / oder noch fürbas sigend werdent / weder Wajensstuir / noch dhaim lay andere
Stair nicht geben sullen / alldieweil sie vff ihren Gutes sigend. Dazzu haben wir
ihn gegeben auß vnserm Holz in dem Steinchart als vñ Holz / als in Schwiecker
der Tischer von Seldenaw vs zaigt / dem wir das vff sein Trew empfehen haben
vnd soll er auch das selb Holz nach vnser Ambleut rath vñ schlachten / vnd be-
zaichen / das man es von vnserm Holz vñ genommen vnd erkennen mag. Vnd
sullen sie auch dann das selb Holz als es von vnsern Ambleuten mit Markstücken
vñ gezeichnet vnd geschlagen wird / fürbas innhaben vnd nizzen / als ander ihr eigen
Gut / ohn all vnser vnd aller vnser Ambleut frung vnd hindernuz / vnd dauon
wölten vnd gebieten wir allen vnsern Ambleuten / Disturben / Richtern / vnd als
len andern swi die genant sint / die jeko sint / oder fürbas werdent / vnd gemainlichen
allen Edlen Leuten vberal in vnserm Land ze Bayern / vnd besunderlich vnserm Pur-
graffen ze Chriespach vestiglichen / das sie den vorgeantten Probst vnd dem Con-
uent ze Sant Saluator dise vnser Gnad stät halten / vnd in die mit dhaim sachen
vberuarn / noch sie in dhaim weis deren angriffen / laidigen noch beschweren bey vnser
Hulde / zu vñ kund bis Brieffs / der geben ist zu München am Samstag nach An-
dree / nach Christes Geburt druzehenhundert Jahr / darnach in dem einen vnd vier-
zigisten Jahr / in dem achten vnd zwainzigisten Jahr vnser Reichs / vnd in dem vierzeh-
enden des Kayserthumbs.

Wir Ludwig von GOTTES gnaden Römischer Kayser / zu allen
zeiten mehrer des Reiches / veriehen vnd thun chundt für vns / für all vn-
ser Erben vnd Nachkommen öffentlich mit diesem Brieff / das wir den Geist-
lichen Mannen dem Probst vnd dem Conuent gemainlichen ze Sant Saluator
vnsern lieben diemütigen / zeuorderst durch GOTT / vnd durch vnsern vnd all vn-
serer Vordern Seelen willen vnser zween Höff ze Dezendorf / ein Müll vnd ein Fisch-
waid daselben vnd auch ein Fischwaid ze Lengheim ze einem Seelgerat / geben ha-
ben. Also das sie dieselben Gut all fürbas inne haben vnd nizzen sullen / mit allen
rechten / Ehren / Nuzen / Güten / Diensten / vnd mit all dem das dazzu gehört /
als alles ander ihr eigen Gut / ohn all vnser / vnd aller vnser Ambleut frung
vnd hindernuz / vnd des zu einem vñ chundt geben wir in diesen Brieff versiglichen

mit vnserm Kayserlichem Insigel/der geben ist zu München am Eritag nach S. Zacharinen Tag nach Christs Geburt driuzehenhundert Jar/darnach in dem einen vnd vierzigisten Jahr / in dem achten vnd zwainzigisten jar vnseres Reiches/vnd in dem vierzehenden des Kayserthumbs.

Wir Görg von Gottes gnaden/ Pfalzgraue bey Rhein/ Herzog in nidern vnd obern Bayrn/ Bekennen offentlich mit dem Brieff/das vns der würdig vnd andächtig in Gott/vnser lieb getrewer Abbe vnd Conuent vnseres Closters zu S. Saluator ihr Freyheitbrieff so sie von vnsern Vorfahren/Fürsten von Bayrn/ fürs bracht vnd vns mit diemütigem fleiß gebetten/ das wir ihne zu confirmiren, vnd zu besetzen geruhen/ Also haben wir sollich jr zimlich gebette angesehen/ vnd ihnen darauff bemelt ihr Freyheitbrieff gnädichlich confirmirt, vnd bestätet/ confirmiren vnd bestäten ine auch die wissenlich mit dem Brieff/ wie sie die dann herbrachte haben/ vnd wollen sie auch also dabey guetlich beruhen lassen. Gebieten auff des allen vnsern Distommen/ Rentmeistern/ Landschreibern/ Pflegern/Richtern/ Castnern/ Mautnern/ Zollnern/vnd allen andern vnsern Amteuten/vnd Vnderthonen/ das ihr bemelten Abbe vnd Conuent bey bemelten jren Freyheiten wie vorstet vnuerhindert betreiben lasset bey vermeidung vnserer vngnade vnd straffe. Vnd des zu verkhunde haben wir vnser Insigil an den Brieff thun hengen/der geben ist zu Landeshut/ am Wittwoch nach S. Veitstag/als man zehlt nach Christs vnseres lieben Herrn Geburte vierzehenhundert vnd in dem drey vnd achtzigisten Jahre.

Catalogus Præpositorum & Abbatum Monasterij

S. Saluatoris.

- Anno à Natiuitate Domini M. CCC. nono, sedente Capitulo generali, electus & confirmatus est Venerabilis pater.
- I. HENRICVS primus Præpositus Ecclesiæ S. Saluatoris, & rexit ann. 37. minus tribus mensibus, obiitque an. 1346. die 16. Calend. Augusti.
 - II. WILHELMVS eligitur eodem an. præf. an. 3. mens. 2. d. 14. ob. XI. Cal. Nouemb. an. 1348.
 - III. PETRVS, rexit an. 15. ob. XV. Cal. Decemb. an. 1363.
 - IV. IOANNES, dictus *Setzer* è Conuentu *Osterhonsen* assumptus, & post an. 7. depositus est, ob. an. 1370.
 - V. HENRICVS *Hofmund* dictus, præf. an. 11. minus duob. mensibus, ob. III. Non. Octob. an. 1381.
 - VI. GEORGIVS eod. an. elig. ante festum SS. *Simonis & Iudæ* rexit ann. 3. men. 5. hebdom. 3. vita functus 16. Iun. an. 1384.
 - VII. NICOLAVS è Conuentu *Osterhonsen*, subrogatur, cum præfuisset ann. 4. deponitur, & obiit an. 1388.
 - VIII. IOANNES II. Vicarius in *Stainkirchen*, rex. an. 4. mens. 3. d. 4. ob. IV. Non. April. an. 1392.
 - IX. HENRICVS II, rexit ann. 4. & deponitur, circa annum Domini 1396.
 - X. IOANNES III. dict. *Institor* de *Gertweir* eod. an. el. & benè præf. 14. an. ob. 19. Cal. Ian. an. 1410.
 - XI. WOLFHARDVS dictus *Hofreutter* rex. ann. 21. hebd. 6. obiit ann. 1431.
 - XII. PETRVS Abbas primus ex Præposito laudabiliter tam in spiritualibus quam temporalibus præfuit an. 22. m. 2. & mortuus est 17. Calend. Maij ann. 1453.

XIII. GEOR-

- XIII. GEORGIUS de *Schönbering* rexit an. 27. minus duob. mensibus, denique laboribus senioq; confectus liberè resignauit an. 1479.
- XIV. ERASMVVS è Conuentu *Osterhouen* rex. an. 3. ob. 9. Cal. April. ann. 1483.
- XV. IOANNES præf. an. 11. ob. an. 1494.
- XVI. GREGORIVS, rex. an. 26. ob. IV. Non. sept. an. 1520.
- XVII. LEONARDVS præf. an. 15. ob. an. 1535.
- XVIII. AVGVSTINVS antea administrator in *Osterhouen*, præfuit an. 7. ob. an. 1542.
- XIX. VDALRICVS rexit an. 14. ob. an. 1556.
- XX. CASPARVS *Fraich* bene præfuit & profuit annos. 13. & obiit Anno 1569.
- XXI. WOLFGANGVS rexit an. 17. ob. an. 1587.
- XXII. IOANNES *Dayser* è Conuentu *Osterhouen*. gubernauit an. 15. ob. anno 1601.
- XXIII. MICHAEL *Reiser* & ipse de Conuentu *Osterhouen*, functus munere suo dignè & laudabiliter an. 13. mortem obiit an. 1614.
- XXIII. CHRISTOPHORVS *Pofchinger*, antea per annos aliquot Prior. *Osterhouen*. modernus Abbas.

SCHAMHAPT.

COLLEGIVM Canonicoꝝ Regulariũ S. Augustini, Schamhapt ad fontem Cesriui, dicti Schambach, supra vicum Altmanstain. Quadam nobilis matrona Gertrudis, vidua Berchtoldi, cum filia Luirgarda instituit Collegiũ pro Canonicis Regularibus S. Augustini, circa Annum Domini 1130. Confirmatũ Heinricus Episcopus Ratisbonensis, ac amplius dotat cum parochia ibidẽ, ne non cum filiabus suis ac omnibus decimis ad eam pertinentibus, de quo extat ipsius diploma de eodem anno. Berchtoldi mariti quondam fundatricis meminit Ioann. Auent. lib. 6. fol. 622. sed de familia nihil. In alia quadam huius Heinrici Episcopi confirmatione Biburgen. Monasterio super Parochia Adlungestorf data, de an. 1133. citatur inter alios testes, Rachyvinus de Schamhapt. Sequitur tenor confirmationis.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, Ego Heinricus, Dei gratia Ratispon. Ep̃s, Christi fidelibus in perpetuum. Nouerit omnium fidelium præsens ætas & successura posteritas, qualiter ergo Heinricus, Dei gratia Ratisponensis Episcopus, prædium, quod dicitur Schamhapt, suscepi, & Successoribus meis Ep̃is piè & intemeratè tenendi atq; tuendi reliqui. Quædã enim nobilis vidua, Gertrudis nomine cum vnica filia sua Lucarda, sæculo renunciantes, & Deum facultatum suarum hæredè esse cupientes, pro salute animarũ suarum parentumq; suorum, tradiderunt ad altare S. Petri in ciuitate Ratisbonensi, præsentem Clero & populo prædium suum quod Schamhapp dicitur, & omnia seu in terris, siue in syluis, aut in aquis vel mancipiis, atq; in omnibus quæ hæreditario iure possidebant, ea videlicet conditione, quatenus regulares Canonici secundum regulã sancti Augustini ibidem ordinentur, & ordinati inuiolabiliter conseruentur, quibus etiam necessaria de prædictarum rerũ redditibus ministrentur; Ipsi autem regulares Canonici in obedientia & tuitione Episcopi Ratisponensis permaneant, ac liberã potestatem Præpositum seu etiam Aduocatum eligendi habeant, qui Aduocatus defensor, non grauator Ecclesiæ debet existere, nec ad posteros suos hæreditario iure, nisi ex consensu Præpositi ipsam Aduocatiã trans-